

à la necesidad de la natural defenſa, ni à la publica de conſervar el bien comun, ni à las oppreſiones, &c. Porque eſta necesidad ſiempre queda exceptuada; & memorabiliter comprobata, num. 316. ſic ſcribens: Porque ſocorrer à las urgentes y extremas necesidades, es de derecho natural, del qual ninguna perſona ſe puede exceptuar, pues en el no cabe diſpenſacion. Y aſi aunque los Eccleſiaſticos ſean exemptos por ſus perſonas y ha'zendas, &c. Pero en llegando al derecho natural ſon obligados, qui num. 317. ſic ſcribit: Porque la necesidad no tiene ley permiſiva, ni prohibitiva, ni conſultiua, & num. 318. Y por la necesidad muchas vezes ſe alteran, y diſpenſan los procepros, no ſolo del derecho humano, ſino del natural y divino; itaque perſuadente ad hoc iuſta & legitima cauſa, quam antea ſit impoſſibile ipſam Sedem adire, & neceſſitas urgeat, periculum ſit in mora, quod tribuit iuriſdictionem ꝛ non habenti, etiam contra Clericum, & ex aliis fundamentis ex hoc capite legitimum eſſe recurſum ad Regem, accurate comprobauimus in tract. de Regia protect. 1. part. cap. 1. à num. 99. cum ſequentibus, cui & hoc ꝛ. addere poteſt, cui reſolutioni recte inſuper conducunt, quæ ſcriptimus infra hac 1. part. cap. 10. ꝛ. unico, num. 31. & à num. 36. & ſequentibus; & melius que poſt plurimorum relationem diximus 2. part. cap. 11. à num. 87. & ſequentibus. Firmantium de cauſis ꝛ exemptorum non habentium in Regno iudicem proprium poſſe Regem cognoscere, ne iuſtitia carcat in detrimentum, & perniciem vaſſallorum fuorum.

CAPVT II.

Retentio Bullarum ex vera violentie cauſa, an in Bulla Cœnæ Domini expreſſe prohibeatur, vel expreſſe, aut virtualiter, (ſupplicatione præmiſſa) permitatur.

SVMMARIVM.

Ex origine iuris naturalis gentium, diuini, & poſitiui prouenit, Principem poſſe obulare violentie executionibus litterarum Apoſt. num. 1. Littere Apoſtolicæ in his Regnis Hiſpaniarum multis in caſibus ad ſuprema Tribunalia vehuntur, vt examinentur, an quid contineant in damnum Regis, aut Regni, aut contra publicam vtilitatem, num. 2. Littere Apoſtolicæ in perniciem Reipublice Eccleſiaſticae, ſpiritualis, & temporalis in Senatu reuerenter retinentur, donec Pontifex de veritate informatus, vel reuocet, vel conſirmet ſupplicatione præmiſſa, num. 3. Litterarum Apoſtolicarum examine omnes Chriſtiani Principes videntur, num. 4. & 19. Retentionem Bullarum legitime factam Doctores, tam Iuriſta, quam Theologi approbantes reſeruentur, à num. 5. Aliud eſt poteſtatem ſecularem mandare abſolute, ne littere Apoſtolicæ executioni mandentur, aliud ne ſine ſuo examine exequantur, & de ratione differentia, ibidem. Carolus Imperator obuiuit à Synodo priuilegium, ne ſine ſuo conſenſu inſtituerentur Epifcopi, num. 6.

Rex in retentione Bullarum, non intendit iudicium Eccleſiaſticum uſurpare, ſed vult ad adificationem Reipublicæ ſtatum Eccleſiaſticum promouere, num. 7. Apoſtolicæ litteræ contra publicam vtilitatem detinentur, quia ad Regem perſinet iure naturali populos ſibi ſubicctos, ab huiusmodi oppreſſionibus liberare, num. 8. Abuſui notorio Eccleſiaſtica poteſtatis Princeps obuiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, ne pax publica turbetur, num. 9. Litterarum Apoſtolicarum in praiudicium Sanctæ Inquiſitionis executio ſuſpendenda, num. 10. Litterarum Apoſtolicarum executio ſuſpendenda erit cum debeat reuerentia, & ſecunda iuſſio expectanda, num. 11. Statutum Florentinum, ne litteræ Apoſtolicæ exequantur, niſi habita prius licentia à Senatu ob vitanda ſcandala, validum eſt, num. 12. & 13. Edicta hac ad euitanda ſcandala ordinata valent, num. 14. Statutum ne alienigena obtineat beneficium in Regno pro bono publico, & euitanda ſcandalo valet, num. 15. Littere Apoſtolicæ in damnum Regis, aut Regni licite retinentur ex iuſta cauſa, donec Pontifex melius informatus ſupplicatione præmiſſa ſecundam mittat inſiſtorem, num. 16. & 17. Littere Apoſtolicæ falſi ſuggeſtionibus contra publicam ſpiritualis, Eccleſiaſticae, & temporalis vtilitatem præter Pontificis voluntatem imprætrati, detinentur in Senatu ne exequantur, num. 18.

Et non ob id aliquis incurrit cenſuras, ibidem, & num. ſequent. & 24. & 30. & 31. & 35. Bullarum retentio exiſtente iuſta cauſa prouenit ab origine, & principio iuris naturalis diſtans deſenſionem vi oppreſſorum, num. 20. & 21. Littere Apoſtolicæ iuſta deſiciente cauſa retineri non poſſunt, num. 22. Cauſe legitime Bullarum retentionis varie ſunt arbitrio docti & ꝛj viri reſolte, num. 23. Littere Apoſtolicæ que ſine cauſa tollunt in tertio queſtium iuſte retinentur, ibidem. Principes & Senatores retinentes litteras Apoſtolicas ex iuſta cauſa non incurrunr cenſuras Bulla Cœnæ, num. 24. & 30. & 35. Retentionis litterarum Apoſtolicarum recurſus omnino videntur Principes Chriſtiani, num. 25. In Francia obſeruat, num. 26. Littere Apoſtolicæ contra ius Regis, aut Regni, aut contra œcumenica Concilia generalia ad ſuprema Tribunalia vehuntur, illicque examinantur, & retinentur, num. 27. Retentio in caſibus permiſſis exiſtente iuſta cauſa fieri debet (vt aſſolet) cum maxima reuerentia Sedis Apoſtolicæ ad effectum ſupplicandi, n. 28. Iuſta cauſa retentionis quando à Senatu non reperitur ſtatim litteræ redaduntur imperanti, n. 29. Litterarum Apoſtolicarum retentio, & examen in Regno Neapolitano, ibidem, & num. 34. Vbi quod exiſtente iuſta cauſa licite retinentur littere Apoſtolicæ, nec hoc damnare Bullam Cœnæ, num. 30. Bullarum retentio ex principio iuris naturalis prouenit, & ex neceſſitate officij Regalis, quo adſtringitur Rex ad deſenſionem impetendam, num. 32. Reipublice Chriſtiana vult fore, Principem obuiuere priuilegium, vt omnes litteræ iuſtitia & gratia

gratia præſententur in Senatu ante earum executionem, qui dixerint, num. 32. Litterarum examen, & retentio licite fit à Rege, abſque incurſu cenſurarum, vbi ita conuenit conſeruationi, & paci boni regiminis, n. 33. Dummodo id fiat ſine fraude, aut dolo, non ex cauſa executionem litterarum impediendi, n. 34. Praxis retentionis litterarum Apoſtolicæ in Hiſpania iam diu inoleuit, vt ſi aduerſentur ſacris Concilijs generalibus, informatus Pontifex de veritate, quid Eccleſie ſaluti, fidelium vtilitati, Reipublicæ commoditati diſponat, num. 35. & 36. In Regno Neapolitano, & Siculo non exequuntur littere Apoſtolicæ, donec interponatur brachium Regium vulgo dictum (exequatur) num. 37. Iudices Regij caueant, ne inuſſe impediatur litterarum Apoſtolicarum executionem, num. 38. Princeps iure nature, quo tenetur ad ſedandum tumultum, & ſeditionis pericula in Regno cuius eſt proſector, in bonis etiam Eccleſiaſticis, poteſt ex hoc litteras Apoſtolicæ executionem impedire, num. 39. Conſuetudo examinandi litteras Apoſtolicas apud varias Orbis nationes viget, ſciens, & patiente Papa, num. 40. Quam non damnat Pater Eſtrigues, niſi ob ſuſpicionem fraudulentæ inobediencie, aut niſi Rex de fide ſit ſuſpectus, ibidem. Antoninus Diana inſurgens in retentionem litterarum Apoſtolicarum reprehenditur, ibidem. Retentio in Senatu fit pro tollenda violentia, ibidem. In Regno Sicilia non permittitur, litteras Apoſtolicas executioni dari, donec examinentur à Rege Magiſtratu, & inde emanat decretum (exequatur) num. 41. Monarchia Sicilia dicitur Rex Hiſpanie ex conſeſſione Apoſtolicæ, qua exercet iuriſdictionem Eccleſiaſticam in Prælatos Regni, & non videtur procedere auctoritate laicali, ſed Apoſtolicæ, num. 42. Hæc Sicilia Praxis originem habet à priuilegio Apoſtolicæ dato Rogero primo Regi, qui conſtitutus fuit legatus Sedis Apoſtolicæ in ſuo Regno, ibidem. Monarchia Sicilia cognoscit etiam in prima inſtancia in cauſis Eccleſiaſticis, & exemptorum, non obſtante Trident. num. 44. Concilium Tridentin. in cap. cauſe omnes: non fuit vſu receptum in Regno Sicilia, quoad Tribunal Monarchie, ibidem. Legati de latere licet comprehendantur expreſſe in excluſione cap. cauſe omnes, non tamen Rex Siciliae, vt legatus Sedis Apoſtolicæ, cum de eo ſpecificè debuit fieri mentio, num. 44. Verba priuilegij Monarchie Siciliae, quo Rex creatus fuit perpetuus legatus, qui referant, n. 45. Auctores plurimi conſentunt, qui tenorem prædicti priuilegij, præxim procedendi, & circa qua adducunt, num. 46. & ſequentibus. Rex Catholicus in Regno Sicilia habet Monarchiam in temporalibus & ſpiritualibus, n. 47. Auctor eſt Index Tribunalis Monarchie à Rege Catholicæ nominatus, ibidem. Caſar Baronius contra Monarchiam Regni Sicilia in ſpiritualibus nonnulla ſcripſiſt, num. 48. Contra que nonnullæ Apologia exierunt in publicum, necnon Regia dicta, num. 49. Princeps poteſt non admittere in ſuo Regno Prælatum

electum ad dignitatem ſibi ſuſpectam, n. 50. Nuniorum facultates ad Senatum Regium deſeruntur, vt illic examinentur, & quibus vult conueniat in Hiſpania admoneantur per Senatum, num. 51. Nuniorum litteræ pro negotij grauitate examinantur in Senatu ante earum vſum, ne inconuenientibus horum Regnorum moribus videntur, & ad id Summus Pontifex conſulatur, ibidem. Nuniorum Sedis Apoſtolicæ litteræ non videntur ad Senatum ad effectum examinandi idoneitatem perſona, ſed vt cognoscatur ex litterarum oſtenſione, an vere ſit miſſus, & quibus facultatibus, ne illis abutatur, & excedat, num. 52. Principes tuta conſcientia videntur Regalia retentionis Bullarum, tui tot DD. auctoritate, num. 53. Et etiam ſi res foret dubia, poſſet ſequi opinionem fauorabilem, ibidem. Retentionis Bullarum vſus iure immemorialis, & fundamentis vultur remiſſus, num. 54. Retentioni Bullarum non obſtat, imò fauet, Bulla in Cœna Domini, num. 55. Bulla Cœnæ Domini quantum attinet ad Bullarum retentionem verba referuntur, num. 56. Bullam in Cœna Domini in cap. 14. tangente retentionem litterarum Apoſtolicarum, qui Doctores referant ad litteram, num. 57. Bullam in Cœna Domini conformem eſſe vſui Hiſpanie in litteris retinendis oſtenditur, num. 58. Littere Apoſtolicæ in Hiſpania, hoc tantum licito ſine detinentur, vt ſupplicetur Pontifex, certius informandus, num. 59. Prælati, & Capitula Hiſpanie admoneantur à legibus Regijs, vt ſupplicent à litteris, quo offerant publicam vtilitatem, etiam ſpirituali, illaſque ad Senatum mittant, num. 60. Retentionem Bullarum, in cap. 14. Bulla Cœnæ expreſſe permiſſam eſſe (ſupplicatione præmiſſa) plurimi reſeruentur Doctores, ſi firmantes, n. 61. & ſequentibus. Fideles Regios non comprehendit in Bulla Cœnæ ſupplicantes à litteris Apoſtolicis ob bonum publicum Regni, aut Regis, n. 62. Impediens litterarum Apoſtolicarum executionem text. informandi, & ſupplicandi Pontificem, & ſupplicationem proſequendi, non incurrunr cenſuras Bulla Cœnæ, num. 63. Quia hoc inuſſi Pontifex expreſſe in Bulla, quoties arbitratu litteras continere iniquum grauamen, num. 64. Recurſum ad Regem ob tollendam violentiam, ex litterarum Apoſtolicæ executione oriundam, non comprehendit in Bulla, nec eius cenſuris, qui affirmant, num. 65. In cenſuras aliquis non incidit, iuſta exiſtente cauſa, ſuſpendentes litterarum Apoſtolicarum executionem ad effectum melius informandi Sanctiſſimum, num. 66. Excommunicatio Papa contra ſibi legitime reſiſtentem non ligat quoad Deum, num. 67. Recurſus ad Regem ad Bullarum retentionem immunitis eſt à cenſuris, cum fiat iure, & Papa permiſſentibus, exiſtente legitima ſuſpendendi cauſa, num. 68. Bullas Apoſtolicas in derogationem Regij patronatus, Rex retinere poteſt, nec ob non partitionem aliquis incurrit cenſuras iuxta Bullam Adriani, num. 69. Bulla in Cœna tollit ſiſtum præter violentiam ad Bullarum

larum retentionem, admittit tamen supplicari sub pretext. probabilitatis, num. 70.

Si supplicationes prosequantur legitime hi, quorum interest, num. 71.

Bulla Cæna non cogit, vt de singulis litteris decerni mittatur statim vniuersalis informatio Pontifici, num. 72.

Papa consentari solet vna generali allatione supplicationum à litteris Apostol. num. 73.

Supplicationum singularium informatio foret Papa, in grauissimis occupato, valde molesta, n. 74.

Partesque interdum pauperes expensis grauibus, & longo itinere grauentur, si ad singulorum prosequutionem assergerentur, num. 75.

Pontifex aliquando permittit quedam negotia tractari per Catholicos Reges Ecclesiastica, sua salua auctoritate, vt appareat suauitas legis temporalis Evangelicæ, num. 76.

Ditio (pretextus) includi dolum, quando parum malitiosè ad effectum differendi, & litterarum executionem impediendi, contra iura vitur recursum, num. 77. & num. 211. & seqq.

Plurimi grauissimi Doctores, Salmantini, & Complutenses, qui sic intellexerunt verbum sub pretextu Bullæ Cænae recenserunt, num. 78.

De ditionis (supra textus) declaratione, num. 79. remissiuè.

Evidentia certitudo in rebus humanis querenda non erit, num. 80.

Senatus in retentione litterarum Apostolicarum non examinat negotium principale, nec determinat, sed violentiam principaliter deductam, num. 81.



X hoc principio, & constanti fundamento debita & necessaria protectionis, & defensionis promouentis ab origine & fonte perennitateque incommutabili & iuris naturalis, moribus gentium Christianorum inducto, & approbato omni iure Diuino, etiam & postmo, Canonico & ciuili, necnon inconcussa & obseruata immemoriali consuetudine vallato (de quo latissime diximus in tract. de Regia protectione 1. part. cap. 1. per totum, & cap. 2.) inductum est, posse Principem temporalem Supremum violentiæ executioni litterarum debita reuerentia humiliter obuiare.

Ac propterea iis in Regnis & multis in casibus & negotiis litteræ Apostolicæ ante executionem earundem ad Regia miti solent Suprema Tribunalia, Regio præcedente decreto, vt illic examinentur, ne quid fiat, & obtineatur falsis pteibus, ac suggestionibus importunis à Summo Ecclesiæ vniuersalis Præfide, Pontifice Maximo, aduersus Regni, Regumque Hispaniarum priuilegia, indulta, & concessiones Apostolicas, & oecumenicæque consilia vniuersalia & prouincialia, neque litteræ hæc interdum surreptiue contra publicam spiritualis Ecclesiasticæ, & temporalis Regnorum horum vtilitatem, cum scandalo, aut etiam damno iuris tertij (vnamquam minime citati) ac denique iusta & legitima existente causa, que à iure Pontificio fuerit approbata, præter consentientis voluntatem & consensum executioni mandentur, imò in ea supersedeatur & interim dumtaxat quòd (ab eisdem litteris supplicatione interposita ad ipsummet Pontificem) de legitima suspensionis causa melius informatus, & instructus Sanctissimus

vel tenocet, aut reformet, vel secundam remittat iussionem, per quam sua voluntas libera manifestè detegatur.

Hoc itaque protectionis genus & recursum (quo quidem & alij à Christiani Orbis Principes vtuntur, & hæcenus vsi fuerunt, prout apparet, & de Regnis Hispaniarum, Gallie, Neapolitis, Flandriæ, Cathalonie, Aragonie, Castellæ, Siciliæ, atque in statu Milanensibus, Dolanensibus, & de tota Italia, multi Doctores laudati infra num. 37. testantur, & Anton. Amato variat. res. lib. 2. res. 72. num. 27. & seqq. cum Doctores ab eo citatis) & alij infiniti approbant Doctores vtriusque Iuris, & Sacræ Theologiæ piissimi professores, quorum plurimos signanter, & non inutiliter recensemus.

Doctores retentionem Bullarum probantes.

Ioannes Driedorus (vir & moribus & Sacra Theologia insignis) in lib. 1. de libertate Christiana, pag. 183, distinguens, & ita mirabiliter loquitur in re hac. Hinc sciendum est, quòd aliud est, potestatem seculari absoluit mandare, aut constituere, ne quicquam pareat litteris Apostolicis iniustis, & gratiam concernentibus, ne executioni mandet eadem; aliud verò esse potestatem seculari mandare, aut constituere, vt sine suo beneplacito, & examine nemo pareat huicmodi litteris, nec executioni mandet eadem; nam primum cum sit, directè contra libertatem & potestatem Ecclesiasticam foret eam potius tollere, & extinguere, nec potest fieri absque contemptu Ecclesiasticæ potestatis, nec potest absque ipsius Pontificis priuilegio conuenire Regi, aut seculari potestati. Secundum autem videtur posse fieri absque contemptu Ecclesiasticæ potestatis, & absque iniuria, & odio, aut grammine, seu praiudicio Ecclesiasticæ libertatis, vel sanctæ Sedis Apostolicæ, aut etiam litterarum eiusdem. Potest enim contingere, quòd Princeps quispiam, aut ex priuilegio, aut ex commissione Papæ hoc faciat: sicut Carolus Imperator habuit ex priuilegio Synodi; ne sine suo consensu consecraretur, & vel institueretur Episcopus, aut ex causa rationabili secundum congruentiam loci, & temporis ad sic statuendum, atque mandandum moueatur propter abusus tollendos, ne præficiantur extranei, aut inidonei, qui per nimiam importunitatem, falsasque suggestiones litteras Apostolicas impetrant, vel impetratis abuti volunt, ad oppressiones pauperum, qui alioquin sub pretextu litterarum Apostolicarum longis litibus, grauibusque sumptibus vexari possunt: non quod potestas secularis velit sibi aut Iudicium Ecclesiasticarum rerum usurpare, aut vitos idoneos & auctoritate Apostolica institutos impedire, aut super illorum idoneitate iudicium sumere, sed quod velit ad edificationem Reipublicæ statum Ecclesiasticum promouere, &c. Hæcenus Driedorus, qui rei veritatem rectè calluit.

Simancas etiam in tractat. de Catholicis institut. (in excusis Hispaniæ) tit. 45. de penis, à num. 34. qui num. 35. in hæc verba inquit: Vnde fit, & quòd si aliquid Papa discernat contra publicam vtilitatem, vt pura, contra patronatus laicorum, contra ius eligendi beneficia, seu Sacerdotia patrimonialia, vel quidpiam simile, mani

manu Regia retineri, & impediri solet, quia Regum officium est ab huicmodi iniuriis populis sibi subiectos liberare, & iure naturalis defensionis licet Principibus secularibus & cum moderamine inculpata tuelæ, idest salua semper in omnibus Summi Pontificis auctoritate obuiare abutis notorio Ecclesiasticæ potestatis, ne pax publica perturbetur, & commune bonum detrimentum patiatur; Hieronimus cap. 21. cum seqq. cap. Regum. 23. quæst. 5. cap. filius vel nepotibus 16. q. 7. Stephanus Auretrius de potestate seculari, regul. 2. Guillem. Benedicetus in cap. Rainuntius, verbo Et uxorem, num. 454. Caietanus de potestat. Papa, cap. 27. vers. Nauarrus in dict. cap. cum contingat de rescriptis 1. remedio fundamen. 10. Hernas lib. 7. de instaurat. Religion. cap. 25. hæc Simanchas mirabiliter loquitur.

Qui ibidem, num. 54. antecedenti, aliud & quidem singulare & dicit, quòd si Summus Pontifex concesserit rescriptum seu priuilegium aliquod in præiudicium officij Sanctæ Inquisitionis, illi esse obtemperandum; in executione autem superlegendum, cum vero simile non sit, vt summus Ecclesiæ Pastor aliquid facere voluerit in detrimentum Catholice Fidei, & hæreticorum fauorem. Caietanus etiam 1. tomo, tract. Sancti Thome, 11. & tit. de auctoritat. Papa, cap. 27. vers. Ad secundam rationem, vbi, quòd cum debita reuerentia sit suspendenda executio, & secunda iustio expectanda.

Victoria in relatione de potestate Papæ & Consilij in 22. propositione, cum sequentibus.

Angelus in cons. 23. vbi probat, quòd licet laicis nulla sit attributa potestas in beneficiis; valet tamen statutum Florentinum, quo cauetur, vt nulla gratia Apostolica, seu litteræ ad beneficia exequantur; nisi habita prius licentia à Senatu, ne scandala & dissensiones oriatur in pernitiem & exitum Reipublicæ, stique contra publicam vtilitatem, ad quod plurimos Doctores coniecimus infra hæc 1. part. cap. 4. à num. 38.

Capitulus decif. 131. num. 6. & 7. idem quod Angelus repetit, allegans & Abbatem contrarium tenentem, quem quidem procedere posse, cum nulla iusta causa & publica ad id subsist, nec præsumatur; hoc sequitur etiam Azebedus in l. 14. & 25. tit. 3. lib. 1. Recopil. sub num. 46. id ipsum Antonius Thefaurus decif. 131. num. 3. & 7. vbi sentit, talia statuta & edicta fieri posse pro bono publico, ad euitanda scandala & rixas, quando & otiosi timentur, affirmat Petrus Antonius de Petra in tractatu de potestate Principis, cap. 6. num. 9. vbi disputat Codex Fabianus lib. 3. tit. 1. de iudiciis, ad fin. 39. Quintilian. Mandosinus in tract. de monitoriis, q. 13. num. 3. videndus ad id Didacus de Sahagum, in cap. ean te, num. 24. ad fin. de rescriptis, & nouissime Marius Anton. variarum resolution. lib. 1. res. solut. 91. post num. 2. necnon Hieronym. Portolles & ab eo citati in addition. ad Molinum, §. alienigena, num. 1. cum multis sequentibus; vbi quod validum est statutum, vt alienigena non possit in Regno & beneficia obtinere, pro bono publico, & scandalo inde oriundo vitando, opprimè Iacobus Cancercius variat. resolution. lib. 3. cap. 4. de manutentione à num. 61. & 63. vbi inquit post Compostella, quòd licet aliqui hoc contradicant; tamen in Regno Castellæ, Arago-

num, & Gallie, seruari ex multis Doctores à Portolles cumulatis, latissime etiam videndus Cænedes in quæst. Canon. q. 18. per totum.

Palatius Rubcus vir doctissimus in tract. seu libello de beneficiis vacanti. in Curia per totum, maximè §. 4. §. 5. 6. & 7. & 8. Quibus quidem & amplissime & abundè comprobat multis rationibus, & fundamentis validissimis; licitè posse Regem retinere litteras à Sede Apostolica impetratas iusta & legitima causa existente, ex iis que à iure approbata sunt (quas latius prosequitur) vt in executione earundem superseadeatur, donec mediante supplicatione Summus Pontifex & de veritate precum melius informatus de remedio prouideat, & interim secunda iustio expectanda, non tamen prima exequenda in damnum Regni, aut Regis, aut publicæ vtilitatis.

Episcopus Conarruias (doctissimus Præful toto Orbe terrarum merito celebratus) in practicar. quæstion. quæst. 36. num. 4. versicul. Sic etiam & in his Regnis multis in casibus & negotiis litteræ Apostolicæ ante executionem earum ad Regia mittuntur audientias & Tribunalia; idque fit ex Regio decreto, vt illic examinentur, ne quid fiat & obtineatur falsis pteibus, & importunis suggestionibus à Summo Pontifice, aduersus Regni, Regumque Hispaniarum priuilegia, & Apostolicas concessiones: denique ne litteræ Summi Ecclesiæ Præfulis contra publicam spiritualis, Ecclesiasticæ, & temporalis huius prouincie vtilitatem præscriptis concedentis voluntatem, & consensum executioni mandentur. Etiam & alij Christiani Orbis Principes eodem iure vtuntur, & hæcenus vsi fuerunt, &c.

Ipsè Conarruias, latius rem hanc tractat circa articulum retentionis Bullarum Apostolicarum, pract. quæst. 36. num. 3. per totum, necnon videndus per totum, cap. videndum, etiam num. 12. vers. Hac vero scripsimus.

Nauarrus in manuali Latino, cap. 27. num. 70. vers. 2.

Dominicus Bañez 2. 2. q. 67. art. 1. diuis. 2. Vega in summa, 1. part. verbo Descommunication, cap. 81. casu 18. & casu 19. mirabiliter loquitur, vbi non ob id aliquas incurrere censuras, firmat.

Pater Villalobos in summa tract. 17. diffie. 21. à num. 22. vbi citat alios simul comprobantes, hanc litterarum Apostolicarum retentionem ad effectum vim tollendi, ob idque censuras Bullæ Cænae non incurri simul affirmantes.

Thoro in compendio, decif. verbo Index laicus, pag. 294.

Tapia ad ius Regni Neapolit. part. 2. sub rubrica, quando Rex inter Ecclesiasticas personas.

Præficus Monteroso in sua practica, §. tratado de las Chancillerias, in cap. Siguese el qual proceso, que es sobre la retencion de Bullas, fol. 95.

Filiocius tract. 16. cap. 10. quæst. 4. num. 158.

Bonacina de morali Theolog. tom. 3. tract. de censuris in Bulla Cænae Domin. disp. 1. quæst. 15. puncto 4. §. 2. per totum.

Antonius Soula latè in tract. de censuris ad Bullam Cænae Domin. cap. 14. disp. 75. num. 8. cum sequentibus, & disp. 76. num. 1. 2. & 3. qui omnes præallegati DD. & alij plurimi ob hanc retentionem litterarum Apostol. nullas incurri censuras securè firmant.

Marius Murta decif. Sicilia 91. num. 4. & num. 5.

Ferdinandus Valquez Menchaca controuer. lib. 1. cap. 41. a. num. 19. cum multis sequentibus; ubi docet quodammodo, & etudite comprobabat hanc Bullarum retentionem factam per Senatum Regium, ex origine & principio iuris naturalis, dictantis protectionem, auxilium & defensionem vi opprefforum.

Manuelis Rodriguez quast. regul. tom. 1. q. 6. art. 7. per totum, ubi amplissime iustam probat suspensionem litterarum Apostolicarum legitima & iusta causa existentente.

Et ipse Manuelis Rodriguez ibidem, art. 8. sequenti, in his terminis hæc scribit: Cerissimum esse quod apud omnes, litteras Apostolicas sine iusta causa minime posse deimeri, ne executioni mandentur, ut supra articulo, antecedenti satis patet. Causa autem istius detentionis sunt variae, quæ arbitrio boni docti & p. viri relinquuntur, sicut omnia, quæ a iure non habent expressam determinationem, &c. Sed non possum unam subire principalem causam, propter quam huiusmodi detentionis, & suspensio potest optime iure fieri; & est, quando litteræ Apostolicæ, sine causa tollunt ius terri, non enim Papa potest sine causa tollere ius terri quæ situm, &c.

Abendanus de exequend. mandatis, lib. 1. c. 1. num. 32. vers. Item ex eadem, ubi idem quod Couar. probat.

Idem Manuel. Rodriguez in addition. ad §. 9. Bullæ Cruciatæ, fol. 159. ita ait: Duda se mas, si los Reyes, Principes, y Oidores de los Consejos Reales, deteniendo las letras Apostolicas, quedan descomulgados por la Bulla de la Cena, y respondo, que no, porque el juez Ecclesiastico no los tiene por descomulgados, ni su Santidad, sabiendo lo que hazen de ordinario, los declara por tales, ni el pueblo Christiano los euita, &c. & quod ex hac retentione litterarum Apostolicarum legitimo modo, & sine, iustaque de causa facta nullam incurrat censuram; pariter profitentur Pater Vega, Villalobos, Nauarrus, Corduba; & ferè omnes supra citati Doctores, & citandi.

Eandem etiam praxim probantur Ioann. de Cruz de statu Religionis, lib. 1. c. 6. art. 2. dub. 5. conclus. 1.

Pater Enriquez, lib. 4. cap. 12. num. 6. in glossa, littera Q. & aliis in locis specificè inferius referendis.

Graffis in decisionibus Aureis casuum conscient. part. 1. lib. 4. cap. 18. num. 119. qui iterum, n. 120. ita ait circa explicationem Bullæ Cæne, quæ per totum illud, cap. 18. enucleatur per singulas eius partes, & capitula: Excommunicantur inhiibentes litteras Apostolicas, iustitiam vel gratiam concernentes executioni demandare, sine eorū benedictione, examine, aut assensu: facit text. in capitulo, quoniam de immunitate Ecclesiasticæ latè per Nauarr. cap. 27. num. 60. cum sequentibus: Et ratio est, quia cum Sedes Apostolica à nemine dependeat, vult à nemine indicari. Sed in Regno sicum est, quia consideratis considerandis, visisque litteris de hoc re à Papa Regi Philippo missis, & è contra censeo, non esse condemnandos, nec incurrere Regios Magistratus expedientes Regium exequatur, & illud imperantes, donec aliter à Sede Apostolica decisum fuerit; caveant autem ministri Regis, ne excedant sinem mandati Regis, cuius mens Sanctissima est: in non inferendo præiudicium Sanctæ Sedis Apostolicæ, ne diu vexent negotiatores in non expediendo Regium exequatur, Vult enim Rex

noster, ut quam primum statimque littera Papa executioni mandentur, concessio eis Regio exequatur.

Malderius in 2.2. quast. 1. art. 10. dubio 8. qui in fin. sic scribit: Non videtur improbabile, quod Couarruias practicarum quastion. cap. 35. accuratè, ex Papa consensu, præscriptione, & usu immemoriali, & evidenti spiritualis regiminis utilitate, Tribunalia Regia in quibusdam Regnis iurè ita praticare, ut sine sua permissione & consensu nequeant quadam Apostolica mandata executioni mandare.

Salzedus in practicar. criminal. Canon. cap. 54. num. 11. num. 17. 19. num. 20. & 21. Quo loco rem hanc abundè tractat, & defendit quod retentionis Hispaniæ praxim, & in dict. num. 22. asserit, ut non solum Hispaniæ Reges hoc iure vantur, sed alij omnes Christiani Orbis Principes, ex testimonio Ioannis Driedorij lib. 1. de libertat. Christi. pag. 138.

Morla in emporio iuris, 1. p. tit. 2. q. 14. n. 11. ubi plures Doctores ad hoc allegat.

Humada in 1.3. tit. 15. p. 1. in gloss. n. 1. vers. Quæ rescripta.

Rojas singulari 148. in. Botteus in tract. de Synodo Episc. 3. p. num. 285. & num. 286.

Azededus in 1. 14. tit. 3. lib. 1. Recop. a. n. 29. cum multis sequentibus. ubi docet & etudite multis fundamentis hanc retentionem probat.

Vinaldus in Candelabro Ecclesiæ in explicatione Bullæ in Cena Domini. casu 14. ex num. 102. cum multis seqq. & ferè per totum.

Doct. Gerrerus de concilio, cap. 12. vers. mas esto tambien podria cessar.

Rebuffus in praxi beneficiæ, 3. part. signatu. vers. Nec non iure, num. 12. & 36.

Et ipse Rebuffus in tractat. nominatio. q. 15. num. 12. ubi quod idem obseruari in Francia testatur, provt & Morla ubi proximè, num. fin.

Ioannes de Heuia in Curia Philippica, p. 1. §. 5. num. 5.

Castellus de Bobadilla in politic. lib. 2. cap. 18. num. 206. ubi ita ait, num. 103. Causa est in la retentione que se haze en el Supremo Consejo, y en las Audiencias, y Chancillerias Reales, en muchos casos de las letras y Bullas Apostolicas, para examinar, si fueron concedidas con falsa, o sine iusta relacion (con lo qual muchas vezes los Pontifices y Principes son engañados) o si las tales Bullas son contra el derecho, o privilegios del Rey, o del Reino, concediendole por ellas beneficios Ecclesiasticos à estrangeiros, o por otras cosas, o si son contra otras Bullas, è indultos Apostolicos, o contra los Concilios generales de la Iglesia: y que esto se haga assi por estas razones, lo disponen à cada paso los decretos de los Sumos Pontifices, y las decisiones de Emperadores, y lo tienen los Santos de la Iglesia, y el Obispo Couarruias, y muchos otros grauissimos Doctores. Lo qual quando conuenge hazerle, ha de ser, como se haze, con sumo respeto y veneracion de la Santa Sede Apostolica, por las dichas causas, y con el zelo Christianissimo de nuestros Reyes, y sus Consejeros, para supplicar dello à su Santidad, como cabeça y Reçtor de la Iglesia, para que informado de la verdad y congruencia, prouea y mande, lo que à la salud y bien vniuersal de la Republica espiritual y temporal conuenge,

uenga, y y cessando las dichas causas, luego se bueluen y restituyen las dichas Bullas con facilidad à sus dueños, para que libremente vñendellas, &c.

Gaspar Rodriguez de annuis redibus, lib. 1. quast. 17. num. 75. vers. Quarto, ubi de praxi testatur.

Ioannes Gutierrez lib. 2. Canonica. cap. 11. num. 31.

Flores Diaz de Mena practico. quast. lib. 1. q. 12. num. 8. & 9.

Zerola in praxi Episcopali, §. litteræ Apostolica, ubi affirmat, id ita praticari etiam in Regno Neapolitano.

Hieronymus Llamas optimè 1. part. instruction. Confessor. cap. 7. §. 19. in hæc: Est aduertendum, quod ad immemoriali consuetudine Reges Hispania examinant litteras Apostolicas sic gratis, sicut iustitie cum omni reuerentia, & subiectione, solum ne dolosa suspecta sint, vel furcive, & surreptiuæ, hoc cedit in obsequium Apostolicæ Sedis, & sine limite non exceduntur; hoc non damnant Summi Pontifices, nec censuris vetant, secus si malitiosè id fiat, in fauorem vnius & damnum alterius, consonat supra num. 19. & num. 24.

Hieronymus de Zeballos commun. contra communem, lib. 4. quast. 897. à num. 292. cum multis sequentibus, & de cognitione per viam violentiæ, glossa 6. à num. 62. cum sequentibus. Quibus locis multa in genere, quæ à Doctoribus dicta erant in huiusmodi retentionis iustificatione recenset.

Cenedus in collectan. ad decretum collectan. 7. maxime num. 4. ubi ex principio defensionis naturalis, & obligatione suo officio Principis ad illam impediendam oppreffis, dicit dict. n. 4. Reipublicæ Christianæ optimum vtilique fore, Principes seculares obtinere priuilegium à Sede Apostolica; vt litteræ citationis, & aliæ omnes Bullæ obtenta à Romano Pontifice, & antequam executioni mandentur in partibus, examinentur à Regis Tribunalibus, provt eruditissimè aduertit Doct. Gerrerus de Concilio, cap. 12. vers. Mas esto, sequitur Bobadilla in politica, dist. lib. 2. capitul. 18. num. 208. in margine littera D. ubi ad idem refert Vialdum, & Rojas, qui pariter hoc idem sentiunt, multum conueniens fore vtiq; Reipublicæ Ecclesiasticæ, & temporalis, quoniam si illud habent Regna, & ditones Italiæ propè Romam existentia: quanto magis foret vtile his Hispaniarum Regnis ad illa tam remotis, iuxta obseruationes, & doctrinas vtiliter consideratas supra capitul. 1. §. unico, per totum.

Cenedus ipse in question. Canon. quast. 18. n. 5. & sequentibus, & in quast. 45. sub num. 9. vers. Supradicta etiam confirmantur, ex traditis per eundem & Manuelem Rodriguez tomo 1. quast. regular. quast. 6. artic. 8. ubi asserit, sine timore excommunicationis Cæne Domini, posse Reges, & Principes, & suorum Tribunalium Consiliarios detinere litterarum Apostolicarum executionem, si intelligant, ita conuenite ad conseruationem, pacem & tranquillitatem boni regiminis Regni sui: dum tamen id fiat sine

fraude, & dolo, & non causa tantummodo impediendi executionem ipsarum litterarum, de quo etiam vide num. 10. 19. 24. Idque ita praticari in Regno Neapolis, testatur Thom. Zerola in praxi Episcop. §. litteræ Apostolica.

asserens non ex eo Iudices Regios incidere in Bullam Cæne Domini: cum id non fiat ad impediendum, sed ad videndum & examinandum, an contineant aliquam subreptionem vel oppressionem, vel an quod conceditur iurisdictionis Regis, quod dummodo id malitiosè, & cautelosè non fiat, nec in fauorem vnius & damnum alterius, sed ad informandum melius Romanum Pontificem, sequitur Hieronymus Llamas 1. part. method. cap. 7. §. 19. hæc ille Cenedus.

Narbona nouissimè in l. 59. tit. 4. lib. 2. Recop. pil. in 3. tomo, gloss. 2. num. 16. fol. 158. in hæc. Ex quibus sanè tam diu in Hispania nostra praxi inoleuit, vt si Romanorum Pontificum expeditantur diplomata, quæ propter finitras impetrantis preces, fallas suggestiones, vel alias causas quascumque Sacris Canonibus, aut generalibus Consiliis aduersantur, Iudicium Supremi Regij prætorij acribus intimentur, quibus si ita esse comperitur fiat, Regias litteras, quæ vulgo (prouisiones) dicuntur, expedientes decernunt; vt antequam Apostolicæ litteræ executioni mandentur, originaliter ad Regis prætorii deferantur, vt illic an ex fallis precibus, & importunis suggestionibus contra Sacra Consiliorum decreta obtenta sint, examinentur. Quo & comperito Summus Pontifex illius rei certior fit, ac precibus commouetur; vt iam veritatis expert, que vniuersalis Ecclesiæ salutis, fidelium vtilitati, Reipublicæ commoditati, profutura discernat, ac laudabiliter statuatur, nec in hoc Regia decreta Pontificum iurisdictionem quidquam laedere, aut Sacris constitutionibus aduersari videntur, vt satis apparet ex iis, &c. Sessè de inhiibitionibus Regni Aragon. cap. 8. §. 3. num. 84. & 88. D. Ioan. del Castillo nouissimè in tractatu de tertius, cap. 14. à num. 181. cum sequentibus; ubi se remittit ad hunc nostrum tractatum, conficiens nostræ diligentia, & continua vigilantia, esse iam approbatum à Consilio Regio, iuxta plurima familiarissima colloquia inter Nos assidue de eo praxi habita.

In Regno Sicilia, Neapolis, & in cunctis Italiæ ditionibus, hoc idem obseruari, quoties litteræ Apostolicæ tendunt in præiudicium tertij, aut in damnum Reipublicæ temporalis, turbando Regalem iurisdictionem, & pacem subditorum, vt impediatur per Regios Consiliarios earum executio, latè probat Antonius Amato variarum resolut. tomo 2. resolut. 82. à num. 28. cum sequentibus, & videndus à num. 26. qui num. 28. ad idem allegat Cabedum decis. Lucina 3. num. 7. Caneetium variarum resolut. lib. 3. cap. 14. num. 60. Olibanum de iure fisci, cap. 10. num. 4. Portolem ad Molinum, §. alienigenas, Gramat. conf. 109. Forretum consil. 1. num. 14. Petrum de Gregorio de concession. feud. part. 8. quast. 7. num. 8. Follerum in consil. post mundi machinam, aliòsque quamplures, &c. Doct. Don Marius Cutelli R. C. Sicilia Senator meritissimus in Codice leg. Sicular. ad leg. Federici, nota 46. per totam, & iterum ad legem Martini, nota 64. per totam; quibus locis potest praxim, & stylus Regni Sicilia in examinandis omnibus litteris à Sede Apostolica emanatis, Iacobus de Graffis in decisionibus Aureis casuum conscientie, lib. 4. circa explicationem Bullæ in Cena Domini, capit. principalis 18. n. 110. ubi de Regio exequatur Regni Neapolis, de quo vterius infra, n. 1. & sequens.

Camillus Borrellus in tractat. de præstantia Regis Catholicæ, cap. 52. num. 3. & 4. loquendo in prerogativa Regis Hispaniæ retinente Bullas ex iusta causa, donec per supplicationis auxilium fiat Summus Pontifex certior, quantum detrimenti Reipublice imminet, & quam graue scandalum laboriat ex illarum executione.

Borellus ipse, cap. 50. sub num. 19. recenset & praxim Regni Neapolitani, ne admittantur Bullæ rescriptæ, & collationes Sacerdotiorum, Prælaturarum, aut beneficiorum à Sede Apostolica emanatæ, nisi prius interponatur Regium vracibus, vulgo dictum (exequatur) & vnde inoleuerit hæc praxis asserti ibi, à num. 18. & anteedentibus.

Et iterum ipse Borrellus in addition. ad Bellugam in speculo Princip. rubr. 6. in verbo Priuilegij.

Pater Henriquez è Societate Iesv in 3. tomo Summe de Pontificis clauæ, lib. 2. cap. 22. §. 1. latissime iustam asserit hanc Bullarum retentionem, quando ex legitima & iudiciali causa fit, & in cap. 19. §. 1. & iterum eodem lib. 2. cap. 15. §. 1. ad fin.

Ipse etiam Henriquez in eodem tract. de Pontificis clauæ, lib. 2. cap. 11. §. 3. mirabiliter & scribit in hæc: Prudenter perpendant Iudices Regij, ne iniuste impediatur, fieri executionem absque suo ipsorum consensu, vbi tamen appellatio, seu potius supplicatio ad Papam melius informandum, non videbitur frivola; (quippe quæ nititur longo malorum experimento, quæ aliis sequi solent bono communi in Hispania ob falsas impetrantium impetrationes) non prohibetur impedire interim Rex, & eius Senatus, imò ex iure naturæ pro suo officio tenetur ad sedandum tumultum, aut periculum seditionis & schismatis in Regno tanquam protector sui Regni, in bonis etiam Ecclesiasticis, & potest tollere violentias ob pericula vitanda. Id præstat Rex Hispaniæ etiam ex priuilegio Alexandri Papæ VI. aut immemoriali consuetudine, nam Pontifex longè ab Hispania distans à statuti quibusdam, aliqua concedit falsa informatione deceptus, aut importuna quadam vi precum victus non intendit libera voluntate concedere, cum ignorantia, & quædam coactio impediatur voluntaria. Rex verò curat, suspendit executionem litterarum fraudulenter impetratarum, interim dum Pontificem per suum Legatum melius informer.

Similis consuetudo extat sciente & permittente Pontifice, apud varias Christiani & Orbis regiones, quam non damnamus quidem, nisi ob suspensionem fraudulenter inobedienciæ contra litteras Papæ (vbi Rex de fide aut schismate esset suspectus) at rebus bene perspectis, merito excusat in Regis vere Catholicæ Ditione, præsertim dum simul nititur priuilegio eiusdem Pontificis saltem tacito Regibus concessio, &c. Hactenus Pater Henriquez, qui doctè quidem & eruditè loquutus fuit.

Henriquez ipse Pater variis aliis in locis eiusdem tract. de Pontificis clauæ, libro 2. cap. 16. §. 1. & iterum capitul. 16. §. 3. & capitul. 23. §. 3. Quibus & alibi passim mirabiles doctrinas apud eundem hanc Bullarum retentionem debito modo factam iustificantes legimus, in discursu huius tractatus commemorandus.

Hinc non est audiendus modernus Diana resolution. moral. in tractatu de immunitat. Ecclesiastica, resolut. 12. per totum, qui (immemor tantorum piorum Doctorum vtiusque iuris, & Theologicæ professionis hanc retentionem, praxim, & vniuersalem consuetudinem omnium ferè Christianæ Religionis Regnorum comprobantium) nouiter aduersus eandem resoluti, nullo probabili fundamento nixus, qui nec rationes vtgentissimas, vtillimasque vtique Reipublicæ pendens, nec granitatem negotij considerans facile labitur, & in suam opinionem temere inuoluitur in damnum miserabilium oppressorum, (qui alio remedio humano sunt destituti) necnon Reipublicæ, non tantum temporalis, verum & ipsius Ecclesiasticæ & spiritualis: quem idè merito carpit post hæc scripta doctissimus Dominus Ioannes del Castillo in tractatu de tertio, cap. 4. à num. 182. cum sequentibus; sed ipsum Dianam manifestè conuincens ex his quæ in hoc cap. & sequentibus, & in cap. 1. supra hæc 1. part. iuridicæ & fundamentaliter comprobata sunt pro huius retentionis debito modo factæ, & iusta existente causa, iustificatione. Qui quidem Castellus sub dict. n. 182. ex Couarr. Oliuano, & Zeballos asserit, hanc retentionem litterarum Apostolicarum discerni in Senatu pro tollenda violentia, quæ ex earum executione speratur.

Hinc in Regno Siciliæ, eiusque Senatu non solum examinantur litteræ Apostolicæ, an aliquid contineant in damnum Regis, & Regni, & præiudicium tertij, vt ex aliis Doctoribus annotauimus superius hoc eodem cap. num. 37. versicul. Et in Regno Neapolit. & Siciliæ, &c. comprobant insuper hoc Regium exequatur, Anton. Costa conf. 1. per totum, Petreia de manu Regia, part. 2. cap. 65. Manuel Rodriguez in addition. ad Bullam Cruciatæ, §. 9. Pater à Coita in eadem Bulla, quest. 96. per totam, licet Antonius Diana variarum resolutionum, 4. part. tractat. 1. de immunitat. Ecclesiasticæ, resolut. 9. dicat Regem nostrum in hoc Regio exequatur procedere ex priuilegio Pontificis, vel ex concordatis ex Bañez in 2. 2. quest. 67. articul. 2. dub. 2. conclus. 6. Castro Palao in opere morali, tomo 2. disputat. vnica, puncto 9. num. 10. Iacobo de Grassis decisio. aureis, part. 1. lib. 4. cap. 18. num. 120. vbi hæc addit verba: cauent ministri Regis, cuius mens Sanctissima est, in non inferendo præiudicium Sanctæ Sedi Apostolicæ, nec diuexent negotiatores in non expediendo Regium exequatur, &c. cum dicti Doctores minimè de priuilegio loquantur, sed de litteris missis particularibus ad inuicem missis inter Papam, & Regem, vt est videre supra sub num. 24.

Verum etiam Rex noster Catholicus est Monarcha exereans vtquamque & iurisdictionem etiam spirituale, tanquam Legatus à latere, in suo illo Regno creatus, & constitutus a tempore Rogerij eiusdem Regni primi Regis, qui ob eximia beneficia in Ecclesiâ obtinuit ab Urbano Papa II. non solum titulum Regis Siciliæ, verum & singulare priuilegium, nempe vt deinceps Siciliæ Princeps habeat vtquamque gladium. Qui cognoscit de omnibus causis Ecclesiasticis, & spiritualibus tangentibus ad forum Ecclesiasticum, atque de causis exemptorum, tanquam Legatus à Latere Sedis Apostolicæ, cuius

cuius in hac parte iurisdictionem exercet ex dicto priuilegio: & non tam per viam appellationis ab omnibus Ordinariis, & Iudicibus exemptorum ante definitum emissa, verum etiam in prima instantia per viam simplicis grauaminis, seu recursus absque appellatione, imò grauaminis aditu mediante solet impunè Index Illustrissimus Monarchiæ retinere totam causam in suo Tribunali, iuxta praxim etèrè vtustissimam & immemorabilem, continuatam etiam post Concilium Tridentinum, sess. 24. de reformat. cap. 20. præseruans aliàs primam Ordinariorum instantiam, ita vt in illo Tribunali Monarchiæ, & Regno Siciliæ, hæc constitutio conciliariis non fuit recepta, quoad prædictum modum procedendi semper continuatum iuxta ea quæ abundè cumulatimus infra hoc in cap. à num. 14. cum multis segg. vbi etiam de aliquibus capitulis Concil. Trident. minimè obseruatis, quia vsu non fuerit recepta; quod etiam specialiter latè egimus in tract. de Reg. protell. 1. part. c. 1. à n. 131. & superius. Et hoc cap. n. 135. & 134.

Et quæ in similibus terminis latè comprobant Nicol. Garc. de benefic. 1. p. c. 5. à num. 149. cum multis segg. vbi de decreto quodam Concilij Tridentini non recepto ab aliquibus Cathedralibus Ecclesiis, & à num. 158. satisfaciunt difficultati ortæ ex eo, quòd in Hispania fuit generaliter receptum totum Concilium Tridentinum, vt tanquam generalis non receptioni, quem consulere potes pro latiori explanatione.

Et insuper quia licet in d. Trident. decreto prohibitum Legati quoque de latere expressè comprehendantur, tamen inter illos minimè comprehenditur Rex & Catholicus, & eius hæc Regalia. Etenim cum omne quòd à Sede Apostolica Reges obtinent in perpetuum; Regiam Regis esse diximus supra hæc 1. p. c. 1. n. 116. & à n. 141. Idcirco in quibuslibet constitutionibus generaliter loquentibus, Regum iura & priuilegia minimè includuntur, sed potius excepta, intacta, & præseruata remanent, ob eorum prerogatiuam & excellentiam, text. in c. fin. in princ. de offic. deleg. in 6. ibi: Regibus & Regnis, qui sicut dignitatis altitudine præminent, sic prerogatiua gratis ipsos conueniunt amferri dumtaxat ex capitis, &c. cap. ne reliqui, de priuilegiis, lib. 6. cap. solite de maior. obed. & per hæc & aliqua alia iura & Doctores copiosè resoluit Hieron. Gonça. de alternat. glos. 14. à num. 116. cum segg. nam quòd specialia nota & expressione dignum est, si fuit ommissum, censetur quasi neglectum, l. item apud Labeonem, §. ais prator, ff. de iniuriis, l. eos, C. de aqua ductu, lib. 11. quòd latè exornat Castillo de tertio, c. 20. d. n. 8. & à princip. Ius enim Regum efficacia est alio quolibet, vt dicit Imperator. in l. cum multa, C. de bonis qua lib. ibi: Imperialis fortuna omnes supereminet alias; de quo supra cap. 1. à num. 137. quo supposito in Concilio Trident. d. cap. causa omnes, non includit Monarchiæ Tribunal, quòd semper continuauit suum antiquissimum ius cognoscendi in prima instantia, quòd equidem validissimis aliis fundamentis (quæ pro nunc omitimus, cum nostri instituti non sint) roborari possit.

Et quòd Tribunal Monarchiæ non solum cognoscat per viam appellationis ab omnibus Regni iudicibus ordinariis, & exemptorum; sed & per viam grauaminis adeatur in prima quo-

que instantia, & quòd hæc Regia Monarchia minimè comprehendatur in Bulla Cæne Domini, & de aliis pluribus iustificationem Monarchiæ, atque styli tangentibus, latissime Pater Henriquez in tractatu de Pontificis clauæ, cap. 126. per totum, vbi quòd Rex Catholicus non videtur procedere auctoritate laicali, sed Apostolica (cui & ego libenter assentio.)

Quo loci refert ad litteram hoc priuilegium Urbani, & ob quam & causam fuit Regi Rogerio concessum; eiusdem priuilegij etiam verba refert Camill. Borrell. de præstantia Regis Catholicæ, cap. 71. vbi latissime comprobatur non solum in temporalibus, verum in spiritualibus Reges nostros, quoad illud Regnum Siciliæ Monarchas appellari posse, quoniam in eo Legati de latere Sedis Apostolicæ cum plenissima super omnes Prælatos Ecclesiasticos eiusdem Regni potestate & iurisdictione constituti sint ex concessione Urbani II. Roman. Pontific. Rogerio Normansino, tunc Comitis Siciliæ & Calabriæ, eiusque filii hæredibus & successores in perpetuum facta, anno Domini 1099. tertio Nonas Julij; cuius verba ibidem ad litteram refert, & latè comprobatur. Adducit etiam casus speciales, qui à Iudice Monarchiæ ad Sedem Apostolicam per & appellationem fuerit delati, & ad eandem Monarchiam per Papam iterum remissi; quos etiam recenset Marius Mutta super cap. Regni Sicilia, tomo 3. cap. 35. per totum, fol. mibi 161. & sequentibus; vbi de eius iustificatione patitur tractat, & adducit etiam priuilegij verba extant apud Thomam Facellum rerum Siculorum, decad. 2. lib. 7. cap. 1. Marianam de rebus Hispaniæ, lib. 10. cap. 5. Gausfredum Monachum de rebus Normansinis in Italia gestis, lib. 4. cap. 29. Ioseph Carnebal. Siculus lib. 1. de Historia Siciliæ, Ioan. Lucam Barberium in cap. Breuium Siciliæ. Hieronym. Zurita, lib. 3. Annalium Aragon. cap. 68. Francisc. Maurolium in compendio rerum Siculanicarum, lib. 3. fol. 98.

Cuius Bullæ virtute vt iidem Authores recensent, Reges Siciliæ ex eo tempore & ibidem Tribunal tenent, quòd Monarchia appellatur, in quo introducitur appellaciones ab eius Regni Prælati, & ad suos Regios Magistratus deuoluuntur, ab eisque vti Legatis de latere causa deciduntur, per quos etiam Doctores idem recenset doctissimus Præceptor Noster Domin. Ioann. de Solorzan. meritissimus Senator Consilij Indiarum in singulari tractat. de iure Indiarum, lib. 3. cap. 1. à num. 71. cum sequentibus; & licet quondam Rex ipse, & eius Proreges de causis spiritualibus cognoscebant, concordantia postea facta est inter Sedem Apostolicam, & Regem Catholicum, vt iudex quidem sacris initiatus præflect huic Monarchiæ Tribunali nominandus à Rege independenter à Sede Apostolica, quo munere me insigniuit, in meritum decorauit & munificentissime contulit Sacra Catholica Maiestas Philippus IV. cognomine Magnus, anno 1636.

Et licet Illustrissimus Cardin. Cæsar. Baroni in suis amalibus Ecclesiasticis, tomo 11. anni Christi 1097. num. 18. cum multis sequentibus; supradictis & Authoribus, aut non visis, aut insuper habitis, Monarchiam hanc Ecclesiasticam exagitet, seriòque improber, & rigidis atque asperis verbis piissimos Reges nostros ea

vtentes succenscat: Bullamque Urbani I. I. commentitiam, vel nimis adulteratam esse, ostendete nitatur.

Tamen contra eum plures docti viri peculiare t Apologias scripserunt, & præcipue Illustrissimus Domin. Ioan. Beltramus de Guebara Archiepiscopus Compostellanus; quapropter Regiis edictis, & Schedulis, Data in el Pardo 15. Junij 1611. libet ille Baronij intercepti iustus est, vt tradunt Iacobus Gordanus in sua Chronographia, anno 1610. pag. 49. de cuius executione testatur Domin. Ioan. de Solorzan. lib. 3. n. 76. & 77. cap. 1.

Ad huiusmodi etiam Bullatum legitimam retentionem (à qua supra modum digressi sumus, dulci impulsu Monarchiæ ducti) redeuntes: redè conducunt t illi omnes Doctores sine contradictione probantes, posse Principem seculari non admittere à Sede Apostolica, aliterve prouifum, seu electum, si sit persona sibi suspecta, de qua non possit confidere, ne forte reuelet aduersariis arcana, & secreta sui Regni, Innocent. in cap. super his, num. 8. de acusation. Abb. in cap. 1. num. 9. & in cap. cum terra sub num. 2. & in cap. quodfiscum num. 7. de election. Hostiensis tit. de election. §. quis possit eligere, n. 5. vers. Sed electione iam facta, Ioan. Andræa. in cap. nobis 25. sub num. 12. de iure patron. Ioan. Selba de benefic. 2. part. quest. fin. num. 65. Palatius Rubens in rubrica de donationibus inter virum & uxorem, in præfatione, §. decretalis, n. 29. & 30. vbi in proposito alia plura conducit Hieronym. Gonz. in regula de alterna. glossa 4. num. 166. & supra, Ioannes Igneus in l. necessaria, §. non aliis num. 331. ff. ad Syllanianum, Castaneus in Catalogo gloria mundi, part. 5. consider. 24. vers. 194. Covarruias in cap. quamuis pactum in 2. part. relectionis, num. 5. in fin. Camillus Borrellus de prælatu. Regis Catholici, cap. 70. num. 19. facit text. in l. si quis aliquid, §. transgressus, ff. de penis l. omnes, §. exploratores, ff. de re militari, text. singularis in l. mercatores, ibi: Ne alieni Regni (quod non comment) scribentur arcana, &c. C. de commerciis & mercatorib. plurimos Doctores, citat Azebedius in l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopil. num. 19. & 20. ergo vbi concurrat similis illi causa iusta contra Reipublicæ utilitatem, aut cum scandalo, &c. litteræ prouisionis licetè (reuerenter tamen) retineri possunt.

Conducunt etiam Doctores illi qui ex praxi vsitata affirmant, etiam in aliis multis casibus extra legem Regiam expressis Apostolicas litteras ad Summum Senatam deferri, prout apud Hispanos t potestas, seu facultas Legatorum seu Nuntiorum Apostolicæ Sedis examinatur, vt admoneri possint à Summo Regis Prætorio, quibus vt conueniat dispensationibus, & commissiombus, ne quid fiat in Reipublicæ dispensandum, cum plerumque Nuntij Apostolici exteri sint, nec satis nouerint, quæ sint præcauenda, nec fallis precibus & suggestionibus decipiantur, quod & apud Gallos, & Belgicos Flandriæ obseruati ex aliis testatur Cotar. præticar. quest. cap. 35. num. 4. Princip. Salzedus in praxi criminal. cap. 54. num. 19. vbi quod ante facultatem huiusmodi vsum pro negotij magnitudine examinantur, vt Pontifex Summus consulatur, quibus facultatibus in his Regnis vti conueniat, quæ autem sint relegandæ; & licet

hos Doctores non alleget, bene probat fundamentis Zeballos commun. contra commun. q. 897. à num. 338. como 4.

Probat etiam Pater Henriquez lib. 2. de Pontificis clauæ, cap. 22. §. 3. dicens, quod quando Nuntius, aut Legatus à latere mittitur à Pontifice, in more habet Senatûs Regis t petere, vt ostendat facultates commissas à Pontifice, non animo examinandi idoneitatem personæ missæ: sed vt hunc iouer, quem literis parentibus constat esse Nuntium aut Legatum Papæ, & vt adhibeatur ei Fides, in iis quæ pertinent ad munus suum.

Quibus ita suppositis atque vterius hoc in cap. & præcedentibus aliisque sequentibus consecutiue supponendis, tot iuris naturalis, Diuini & positivi t fundamentis naturalis, tōque Doctōrum vtriusque professionis autoritate roboratis, meritò affirmare debemus, nullum scriptulum considerari posse ex parte Regum; qui iam diu ab immemoriali consuetudine Regalia retinendi litteras Apostol. (ad finem duntaxat obuiandi damnis Reipublicæ & violentiam supererè tollendi, & reuerenter humiliterque supplicandi Sanctissimum de medela & remedio prouifurum) vsi fuerunt. Cum putare non debuissent, tot Catholicos antecessores suos effræsse, nec fallum esse, quod omnes ferè tam docti, tamque Catholici Doctores fecerè licere affirmant, censent, & consulunt. Tritum enim est in iure nostro, & apud Theologos Scholasticos & Morales, certum velut axioma; sapientium, Doctōrumque hominum sententias, & opiniones sequendas esse tuta conscientia, & ab omni culpa excusate tam in foro interiori, quam exteriori, vt notant Bartul. per text. ibi, in l. in honorum, ff. de honorum possess. Bald. & alij in l. iuris ignorantia, C. qui admitti, Ancharan. & alij in Clementin. ne Romane delectioni, Paz & Scala in tractatu de Consilio sapientium ferè per totum, Siluester in summa, verbo Dubium, num. 4. & verbo Ignorantia, Nauart. in Manuali Latino, cap. 27. num. 289. Cardin. Toletus in summa, lib. 5. cap. 26. in fin. Saa verbo Dubium, num. 2. Suarez de censuris, disp. 4. section. 8. num. 18. latissimè Ti-raquell. de penis temporal. casu 51. num. 26. Menochius de arbitrar. lib. 1. quest. 23. & centur. 2. casu 117. num. 5. & in tractatu de presump. lib. 2. presump. Infinitos etiam penè Doctores congerit in similibus terminis D. Ioan. de Solorzano de iure Indiarum, lib. 3. cap. 1. à num. 29. cum multis sequentibus.

Imò etiam & si res hæc foret dubia, tutissimè Reges sunt; sequentes opinionem fauorabilem, & probabilem, vt ex Vitoria, Caietano, Siluestro, Nauarto, Valencia, Bañez, Ayala, Loreca, Suarez, Molina, aliisque plurimis probat Solorzan. vbi proxime num. 38. etiam omiffis opinionibus magis probabilibus, prout multis relatis firmat Solorzan. sub dict. num. 38. & latissimè Nicol. Garcia de beneficiis, 7. part. cap. 2. num. 24. & part. 11. cap. 5. à num. 51. plura cumulat exempla, variisque casus sub hac doctrina comprehensos nouissimè Antonius Diana resol. moral. 4. p. tract. 3. de conscientia dubia, per totum.

Bulla

Bulla in Cæna Domini, casu 14.

T Antorum Doctissimorum virorum (quorum hæcenus mentionem fecimus approbantium, hunc retentionem Bullarum antiquissimum t vsum, & immemorialem consuetudinem legitimis fundamentis vallatam, & iure omni comprobatam & fultitam, prout in cap. 1. huius tractat. & in cap. 1. & 2. 1. part. de Regia protection. adduximus longa serie, vbi adest legitima ad suspensionem earundem litterarum Apostolicarum causa, de quibus vterius sigillatim in capitibus erit tractandum) opinioni receptissimæ & communi, cap. 14. Bulla in Cæna Domini, nec obstat, imò potius in co (si debito t modo, & ad euitandam violentiam fiat litterarum Apostolicarum retentio) expresse, vel potius cautius approbat, & vt hæc veritas clarior fiat, eiusdem verba infero.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes & singulos, t qui per se, vel alios auctoritate propria, aut de factò, quauiscumque exemptionem, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apostolicarum preteritis beneficis, & decimarum, ac alius casus spiritualis, ac decimarum annexæ, ab Auditoribus, & Commissariis nostris, aliisque Iudicibus Ecclesiasticis auocant; illorumve cursum, & audientiam, ac personas, Capitula, Conuentus, Collegia, casus ipsos prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione, tanquam iudices interponunt; quive partes adrices, que illas commoti fecerunt, & faciunt, ad reuocandum, & renouari faciendum citationes, vel inhibitiones emanarunt à censuris & penis, in illis comensis absolui, perlatum, vel aliis compellunt, vel executionem litterarum Apostolicarum, seu executorialium, ac decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel suam ad id fauorem, consilium aut assensum præstant, etiam preteritis violentie prohibende, vel aliarum præsentionum, fedetiam donec ipsi ad Nos informandos, vt dicunt, supplicauerint, aut supplicare fecerint, nisi supplicationes huiusmodi coram nobis & Sede Apostolica legitime prosequantur. &c.

Hunc casum 14. Bulla Cæna Domini, ad litteram referunt Cardinalis Toletus in summa, lib. 11. c. 27. t Augustinus Barbofa de potestate Episcop. allegat. 50. n. 71. tomo 2. fol. 15. Pialequius in præxi Episcop. 2. part. c. 1. sub n. 3. aliquam partem scilicet vltimam, dict. c. 14. etiam refert Cenedus in quest. canon. 45. n. 11. Vinaldus in candelabro Ecclesie in explicatione eiusdem Bullæ, cap. 14. fol. 391. in vltima impressione eundem refert ad litteram Pater Villalobos in summa, tract. 17. de la descomunión, difficult. 21.

Vides igitur, quam conformis sit Bulla Cæna Domini Hispaniæ vsui, & immemoriabili t consuetudini suspendendi interim executionem litterarum Apostolicarum, vbi iusta & legitima violentiæ causa timetur, ad effectum supplicandi ab illis ad eundem Summum Pontificem melius informandum; hoc enim licito & iure permissio sine duntaxat dicitur, & interim suspenduntur, vt expresse t disponunt, & profitentur Hispaniarum Reges, in l. 24. tit. 3. lib. 1. Recopilat. ibi: Lo qual es en mucho daño y perjuizo de nuestros Reinos: mandamos, que t quando algunas Bullas sobre lo susodicho vinieren, supliquen dellas los Cabildos y las Iglesias donde se

trageren, y embien luego la relacion al nuestro Consejo, para que alli se prouea, &c. Et in l. 26. eodem tit. ibi: T encargamos a los Prelados y Cabildos, y personas Ecclesiasticas; que si algunas Bullas cerca desto vinieren, les fueren notificadas, supliquen dellas, y las embien ante los del nuestro Consejo, para que alli las vean, y prouean cerca dello lo que conuenga, &c. l. 28. eiusdem tit. ibi: T encargamos a los Prelados y personas Ecclesiasticas, que si algunas Bullas cerca desto vinieren, les fueren notificadas, supliquen dellas, y las embien ante los del nuestro Consejo, para que por ellos vistan, prouean cerca dello lo que conuenga, &c. Quibus quidem locis conuenit concord opinio Doctōrum omnium, quos à principio huius cap. laudauimus, & in vnum congregatissimos.

Quare doctores, qui dict. cap. 14. Bulla ponderant, & attentè legerunt, t vnamittere profitentur, in eo expresse approbati suspensionem executionis litterarum Apostolicarum supplicatione propofita demum prosequuta, vt in terminis Manuelis Rodriguez post alios in summa, 1. part. c. 156. n. 8. & in addit. ad §. 9. n. 87. Cenedus in quest. Canonie, quest. 41. n. 11. vbi ad id allegat Vivaldum in explicat. Bulla Cæna Domini, n. 109. videndus etiam in vltima impressione, anni 1610. super eodem casu 14. n. 3. ibi: Omnes deintenus Apostolicas litteras, nisi in casu t Bulla concessa, &c. Ponderat etiam Suarez in tract. de censuris, tom. 5. disp. 21. n. 75. & 76. Si mancas de Catholica in summa, tit. 45. de penis, n. 54. optime notat Vega in summa, 1. part. verb. Descomunión, cap. 85. casu 18. & casu 19. pulchre Pater Villalobos in summa, tract. 17. difficult. 21. à num. 2. vbi alios scilicet, Nauart. in Manual. Latino, cap. 27. num. 69 & 70. & Corduba in summa, quest. 35. ita tenentes citat, & explicantes dictum cap. 14. Bulla Cæna.

Pater Henriquez etiam in tract. de Pontifice, clauæ. c. 12. §. 2. in glossa littera R. in nostris terminis t affirmat, in Bullam Cæna Domini non comprehendi fidealem Senatû, dum supplicat nomine Regis, & boni communis ac publici, ad Regnum pertinentiis, ne depogetur lex, aut consuetudo immemorialis, & privilegia; & iteum ipse ibidem, cap. 16 §. 2. & in aliis locis inferius citandus.

Et cum Alterio, & Filliucio, Bonacina de Moralibus Theolog. tom. 3. de censuris, disput. 1. q. 15. punct. 4. §. 2. vbi in hæc: Impedientes t litterarum Apostolicarum executionem, excusari possunt ab excommunicatione huius Canonis, si impediunt preteritis informandi, aut supplicationem tamen coram Sede Apostolica legitime prosequantur, ita expresse in hoc Canone habetur: cum enim sapè contingat, vt quis litteras Apostolicas subreptitiis esse, aut iniquum grauamè, vel similia continere arbitretur; Summus Pontifex indulget, t vt impediens litterarum Apostolicarum executionem intercepta apud ipsum supplicatione, immunes sint ab excommunicatione, modo huiusmodi supplicationem coram ipso Summo Pontifice, & Sede Apst. prosequantur, &c. fol. 113.

Eodem etiam modo hunc Bullæ casum expli-cant, & intelligunt Grassus superius citatus sub n. 24. & Manuel Rodriguez in add. ad Bullam Cruciatam, §. 9. n. 89. Vivaldus in Candelabro auro 2. p. de Bulla Cæna Domini, per quos & Nauartum loco citato, singulariter obseruat, & interpretatur Bullam Cæna, Pater Villalobos loco proxime citato, tract. 17. difficult. 21. qui num. 3.

ita subdit: Acerca de lo qual se ha de aduertir, que esta censura de la Bulla liga tambien à las personas Ecclesiasticas, que hazen lo que en ella se prohibe, que no es licito auocar à sí las causas, aunque sea por via de fuerza, como expresamente lo dize la clausula, y lo aduertien Cayetano, y Suarez. Y quanto à las fuerças se ha de aduertir, que los Reyes, y Governadores del Reino pueden, quando en realidad
 65 ¶ de verdad se haze agrauio y fuerça, remover los impedimentos que estoruan la paz, tranquilidad y buen gouerno del Reino, y suplicar à su Santidad conforme à vn capitulo de derecho. Y aun se colige de las palabras de la censura, que dize: *Nisi supplicationes huiusmodi coram Nobis, & Sede Apostolica legitime proficiantur*, para que desta manera su Santidad mejor informado de los inconuenientes que ay, suspenda la execucion de sus letras Apostolicas, y ponga el remedio al daño, que de su execucion se podia seguir, como dize el Padre Fray Manuel Rodriguez, siguiendo à Vualdo, Nauarro, y Cortoua, la palabra, *Sub pretextu*, queda declarada arriba, dize que quiere dezir lo mismo, que *scilicet*.

In id ipsum etiam tendant omnes alij Doctores, qui merito affirmant, in nullas censuras ¶ incidere eos, qui ex iusta & legitima causa à iure Pontificio approbata suspendunt executionem litterarum Apostolicarum ad melius informandum Summum Pontificem, & vt eiusdem spectetur secunda iussio, *glossa in Authentico de mandatis Princip. §. si quis autem*, teneat Abbas. 2. Zabarella g. 1. Ripa n. 17. & ceteri communiter Doctores in cap. si quando de rescriptis, Matara disputatione 1. num. 19. Barbosa in collect. ad cap. si quando in additis, super verbo *Quare adimplere non possit*, probat Rodoanus in tractat. de rebus Eccles. g. 49. n. 23. vbi inquit,
 67 quod excommunicatione ¶ lata per Papam contra sibi legitime resistentem non ligat quod ad Deum. Plures Doctores adducit Anguianus in tract. de legibus, lib. 1. controuer. §. n. 7.

Adiunt etiam in his terminis verba Palatii Rubei in libello seu tract. de benefic. vacan. in Curia, §. 7. per totum, & §. 12. ad fin. ibi: Et per
 68 hoc ¶ defendi satis probabiliter potest id, quod nos Regij Consiliarij quotidie in Regio Senatu facimus; precipimus enim, quod quando aliqua littera Apostolica emanauit, &c. superfedeatur in executione, donec littere ad Regium deducantur Senatui; vt videatur, an aliquid in eis contineatur, quod Reges, vel patronos laicos tangat, quo cognito supplicetur humiliter Papæ, vt sua Sanctitas dignetur informari de veritate, & Regis, vel patronorum, vel filiorum patrimonialium grauamen reuocetur, nec per hoc (vt arbitror) excommunicationem, vel alias penas incurritur, cum iure, & Papa permittemibus hoc facimus, vt ex iam dictis satis patet, & plene dico in cap. ex eo de penitent. & remission. in reuocell. hinc Palatius. Tenent etiam in his terminis Azebedus in l. 14. tit. 3. lib. 1. Reopul. Gaffis in decis. Aureis, casum conscientia, part. 1. lib. 4. c. 18. n. 119. & n. 120. & alij plurimi citandi inferius, cap. sequenti, num. 25.

Hoc etia in his terminis declarauit Summus Pontifex, *Adrianus Sextus*, ¶ dum in Bulla loquendo de iure patronatus Regij (quam ad litteram adduximus in tractat. de Reg. protectio-

ne, 3. part. cap. 10. à num. 10.) ita ait, ibi: *Et quascumque litteras Apostolicas, desuper quolibet pro tempore concessas, etiam quascumque derogationes quorumvis iurium presentandi, etiam cum quibusvis efficacissimis, & pragnantissimis clausulis in se contentis, nullius roboris vel momenti existere, vique ac dictos successores vestros, seu vestram aliquem illis nullatenus parere debere: & ob non paritionem huiusmodi, aliquas etiam in eisdem litteris contentas censuras, & penas nullatenus incidere posse, &c.* Hactenus *Adrianus Pontifex*.

Alias autem doctrinas, quæ omnino conueniunt materiæ & declarationi huius capituli, videamus infra, cap. sequenti, à num. 10. & sequentibus. Non tamen omittam eas; quas scriptas reliquit Pater Enriquez, quæ miro modo conducunt rei, de qua agimus, ac propterea eius verba ad litteram referenda erunt.

Ipsè igitur in 3. tomo Summa tractat. de Pontificio etiam lib. 2. cap. 16. §. 1. ita loquitur: Pontifex in Bulla Cæne Domini prima facie videtur tollere executionem, quæ Iudices ¶ Regij sub pretextu violentiæ, se ingerentes supplicam, vel supplicari faciunt à parte litigante, aut Fiscali ad Papam melius informandam. Pontifex vetat fictum pretextum A, admittit tamen ita supplicari sub pretextu probabili violentiæ, B quæ illata creditur (aut si vis impedit, timetur inferenda, vt explicabitur, cap. 17. §.) Si modo ¶ dictas supplicationes coram Sede Apostolica legitime proficiantur illi, quorum interest: C quæ verba non cogunt, vt de singulis impeditis litteris Apostolicis statim mittatur peculiaris informatio Pontifici; cum ¶ enim multa quædam ferè derogationes passim à Roma in Hispaniam afferantur, contentus esse solet vna generali allatione ¶ litterarum, seu ea informatio, quæ Pontifici per annos aut per statuta tempora à legato Regio offertur. D Hæc enim censetur multorum negotiorum specialis informatio, cum in virtute contineat varias supplicationes, & informationes, quas sigillatim Iudices Regij adhibere possent pro temporum, & causarum opportunitate, nam repetitio, & delatio singularum supplicationum, & informationum ¶ est Papæ in grauissimis, & penè infinitis Orbis negotiis adstricto minus grata, imò valde molesta, & inutilis, nec commode possit, aut vellent, singula etiam minutissima expedire, E & ob prolixitatem causæ nimis passim expensis grauamur partes litigantes, quatum interest. Et succumberet ¶ pauper, qui pecunias pro tam longo itinere non habet, periculūque esset, in tanto negotiorum numero apud Iudices tam longè positos taceri verum, & in actibus processus, aut litteris expeditis admiseri fallam informationem, F quæ vt constat, suauem esse statum, iugūque temporalis legis Euangelicæ, decenter ¶ Pontifices sinunt, quædam negotia Ecclesiastica expediti per Iudices Catholicos, salua semper Pontificis autoritate, & reuerentia, &c. Hactenus Doctissimus, & Religiosissimus ille vir.

Cui doctrinæ rectè consonant obseruatio quædam singularis, & non ab similibus Luce de Pena in l. cum ad salutissimam, C. de quibus muneribus, vel præstationibus, memini licet se excusare à num. 2. vbi tractans de aditu ad Sedem Apostolicam pro imponendis, & exigendis muneribus seu

feu exactionibus ab statu Ecclesiastico in utilitatibus, & necessitatibus mixtis, & communibus publicis, ita ait. In iis quæ bonum commune directè respiciunt, & ipsi Clerici non minus quam laici commodum exinde consequuntur, non est opus, quod proinde Romanus Pontifex adeatur: argumento supra de thesaur. l. 1. post principio; ff. de condition. institution. que sub conditione, §. vltimo 24. quest. 1. capitul. 1. Satisque absonum videretur, vt pro modica pecunia, quæ fortè alicui villæ immineret in iis casibus exoluenda, vt Romanus Pontifex in longinquo consistens necessariè proinde consulatur. Iam pluri tunc esset oneris, expensarūque subitio, quam commodi ex contributione Clericorum illatio, quod lex abhorret, supra de annonis, & tributis; l. mediterrane, ff. de iudiciis, l. sed & si suscepit, §. 2. & l. si longius, §. 1. Hoc enim potius esset, pauperes vniuersitates, portione contingente Clericos, & Ecclesias pro maiori parte defraudare, quam grati Consilij super hoc munus impendere ad hoc in Authentica de iudiciis, §. ne autem. Item quia vbi per præscriptas leges facta prouisiō inuenitur, non est verisimile, quod Romanus Pontifex se consili specialiter reseruauerit argument. ff. de aliment. legatis, l. alimenta, §. Basilica, & l. si Stichus de verborum obligation. l. doli clausula, ff. de pen. sanctio, & lib. 6. de prebendis, cap. dudum, & cap. quamuis tibi, &c. Et inferius ibi: Verisimile est igitur, quod ipse nolit vterius suas aures molesteri super eo, quod est per leges tam salubriter definitum, diel. l. 1. supra de thesauris, &c. Quæ ad idem referunt, & sequuntur Auileus, Rebuffus, Mexia, & Nicolaus Balui laudati à Castillo in tractatu de tertis, c. 9. num. 33. & 36. & conducut, quæ laicus diximus hac 1. par. cap. 1. §. unico, per totum.

Adhuc & ipse Henriquez in gloss. eiusdem, §. 1. multa notabilia ponit in comprobationem eorum omnium, quæ dicit in eius contextu, quorum aliqua specialia annotatione digna repetam; dicit igitur ibidem littera A. in hæc, cap. 12. §. 1. P. & tunc Iudex incurrit excommunicationem infra, cap. 21. §. 2. nam vox (pretextus) includit dolum, puta, dum ¶ pars aut Iudex, vt malitiosè contra iura differat licem & causam effugit; cur aut iterum atque iterum habere recursum ad Regia Tribunalia, & opponit titulum simulatum de prohibenda vi, accipitque in quendam fictum pretextum & colorem, quando constat, nullam subesse vim, Michael. Thomasius & Salmantini, & Compluteni ¶ Theologi, ac Iurisperiti Moya, Frater Gallo, Frater Bartholomeus de Medina, Noster Deza, Auditor ille Atienza (qui fecit recopiationem legum) & praxi hæc ita à peritis & timoratis Auditoribus defenditur, & citat cap. 12. §. littera M. N. &c. Ad id autem quod hic dicitur de dictione (Pretextus) vide quæ in comprobationem adduximus Nos in tract. de Regia ¶ protectione, i. p. cap. 2. num. 16. 17. & num. 18. in propositum eiusdem significationem ponderantes, & hoc cap. à num. 111. & seqq.

Qui Henriquez sub littera B. vbi dixerat admitteri in Bulla supplicationem pretextu probabili violentiæ, ita glossat: *Quia in rebus humanis non est querenda certitudo euidens*, cap. 19. §. 3. littera F. Et Iudices ¶ auditis advocatis visum processum diligenter examinant, non vt deci-

dam principalem causam Ecclesiasticam, tanquam Iudices, sed examinant de aliis, vt explorant an in se violentia, de qua principaliter ¶ cognoscunt: & qui habet ius ad cognitionem circa finem pro bono communi; habet & ad media proportionata, vt auferatur vis; vt autem tutius procedant, habet Rex privilegium Papa aut tacitum eius consensum ex consuetudine immemoriali, &c.

SECTIO I

Oppressio supplicanti ad Sanctissim. incumbit supplicationem prosequi, cuius desidia, aut culpa Regis Regalia nec imputari, nec obesse potest.

S V M M A R I V M.

Supplicationem à litteris Apostolicis, quas partes interponunt, vel per Senatui interponere iubentur, Regius Fiscalis prosequi suis aut Regis expensis non adstringitur, num. 81.

Senatu vbi reperit causam retentionis litterarum legitimam in eodem decreto simul solet in aliquibus casibus iudicare, vt pars, cuius interest, supplicet Sanctiss. num. 83.

Bulla Cæne eo solo contentatur, vt Rex supplicet à litteris, vel supplicare faciat, num. 84.

Diuisio (aut) est alternativa, & sufficit alterna adimpleri, num. 85.

Sive dispositio, qua apponitur, sit affirmatiue, sive negatiue concepta, ibid.

Bulla Cæne verba declarantur, vt vnusquisque tam Rex, quam pars suas supplicationes prosequatur, num. 86.

Singula singulis congrue referenda sunt, vbi ad plurima singularia inferunt, ibid.

Manutentionis, & immisionis simul petitio si ad sunt bona possessa, & non possessa, suslinetur, referendo singula singula, ibid.

Si præcessit dispositio distributiva inter aliquos, & sequatur clausula generalis copulatiua, intelligitur distributiva inter illos, ibid.

Regi de iure permittitur tollere violentiam illatam ex litteris Apostolicis in damnum Reipublicæ impetratis per executionis suspensionem, num. 87.

Supplicationem prosequi coram Sanctissim. in priuatis negotiis non Regi, sed parti, cuius interest, incumbit, num. 88.

Impetrans, cuius Bullæ detinentur post examen rari Senatus, merito diffidens de secunda iussione, causam deserit, cognoscens Sanctiss. nouiter, & verius informandum, num. 89.

Litteris desertis per impetrantem ob legitimam retentionis causam supplicationis prosequenda obligatio videtur cessare, num. 90.

Appellans consentiendo grauamini renouari appellationi, & inhibitioni appellationis virtute expedita, num. 91.

Supplicans à litteris Apostolicis nullo termino est adstrictus ad eam supplicationem prosequendam, num. 92.

Ponderantur verba Bullæ Cæne, ibi, legitime prosequantur, vt intelligantur cum partis citatione, & causa cognitione, num. 93.

Parte supplicante à litteris citata, & non comparente, secunda iussio obtemperari in Senatu, num. 94.